tuis ſoꝛtes mee. Utraꝗ dicitur ſoꝛs:ſicut ad modũ ſoꝛtiſ ſi/ne perſonarum acceptione datur ei qui dignus eſt hoc vel illud. p Verbũ dulce:id eſt dulcis allocutio q Mul/tiplicat amicos:id eſt coꝛroboꝛat amicitiam inter amicos et nouos acquirit. r Et mitigat inimi/cos:id eſt perſecuto/res. Unde Prouerb. xv.a. Mollis reſpon ſio frangit iram:et ſer mo durus ſuſcitat fu/roꝛẽ. s Et lingua eucharis:id eſt gra tioſa. t In bono homine abunda/bit/bonis. Vir⁹ au/tem que ſic regit lin/guam/mãſuetudo vo/ Et.pte
caẗ. Unde Prouerb. xv.b. Vir iracundus prouocat rixas:qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Vel aliter: p Verbum dulce:id eſt predica/tio euangelij. q Multiplicat amicos/dei: id eſt fide/les. r Et mitigat inimicos:id eſt perſecutoꝛes chꝛiſti/ani nominis. s Et lingua eucharis:id eſt lingua bo/na/gratioſa et plena manſuetudine: t In bono homi/ne:id eſt in bona opante ⁊ docente: v Abundabit/fru/ctu multiplici. Talis enim qui facit bona que docet ⁊ dulciẗ loquitur:multum fructificat in auditoꝛib⁹. Prouerb.xvj.c. Qui ſapiẽs eſt coꝛde appellabiẗ prudẽs:et q̃ dulcis eſt eloq̃o maioꝛa reperiet: Fons vite eruditio poſſidentis. Itẽ in codẽ x.c. Labia iuſti erudiunt plurimos. Itẽ p Verbũ dul/ce:id eſt chꝛiſtus:q̃ eſt verbũ patris:dulce ĩ ſe ⁊ dulce ĩ no/bis: q Multiplicat amicos/ſibi:monendo/docendo/beneficia exhibendo. r Et mitigat inimicos/dulciter alloquendo:patienter illatas iniurias ſuſtinendo. s Et lin gua eucharis ĩ bono hoĩe:id ẽ in chꝛiſto: v Abũda/bit/doctrina vtili ⁊ fructuoſa. x Multi pacifici ſint ti/bi:id eſt ſeruantes pacem. y Et conſiliarius ſit tibi vn⁹ de mille.q.d.pax cũ multis habẽda eſt:imo cũ omni/bus ſi fieri poſſit. Sicut dicitur Roma.xij.d. Si fieri poteſt qđ ex vobis eſt cũ omnib⁹ pacem habentes. Sed nõ cũ mul/tis cõſiliũ:quia ſcꝛ̃ptũ eſt: Multi miſericoꝛdes vocanẗ:virũ Prouer.
aũt fidelẽ q̃s inueniet: Et mille numer⁹ eſt ꝑfectionis: Vñ ꝑ hoc ꝙ dicit: Vn⁹ de mille: inuit ꝙ paucis ⁊ talib⁹ q̃ ſint ꝑfe/cti in ꝯſilijs ſũt reuelanda ſecreta. z Si poſſides amicũ in tẽptatiõe:id eſt ĩ aduerſitate ei⁹: b Poſſide illũ.i. ſi poſſidere deſideras:in tẽptatiõe poſſide illũ.q.d.ſi habes aliquẽ amicũ nõ dimittas eũ in tẽpoꝛe aduerſitatis. Vel ſic. z Si poſſides amicum.i.ſi poſſidere deſideraſ. a In temptatione poſſide illum:id eſt pꝛobatum in aduerſi/tate tua habe illum.q.d.ſi vis aliquem habere amicum fami liarem diu pꝛoba illum:et hoc maxime tempoꝛe neceſſitatis quãtũcũꝗ ſit tibi familiaris. Multi enĩ ſe ꝑfiteñẗ ĩ ꝓſperis amicos eſſe/⁊ inimici ĩueniunẗ in aduerſis. Unde Infra.xij. b. Non agnoſcetur in bonis amicus:⁊ non abſcondeẗ in ma/lis inimicus. c Et ne facile credas ei teipſum: id eſt ſecreta tua/donec prius pꝛobaueris illum. Unde Seneca. Omnia delibera cũ amico/pꝛi⁹ tñ de ipſo.ĩ.xxxvij.b. A cõ/ſiliario malo ſerua animam tuam:prius ſcito que ſit illi⁹ ne/ceſſitas:⁊ qđ ipſe in aĩo ſuo cogitabit:ne foꝛte mittat ſudẽ in terram:id eſt terrenum conſilium det tibi:et dicat tibi :bona eſt vita tua:et ſtet econtrario videre quid tibi eueniat.ĩ.viij. d. Non omni homini coꝛ tuum manifeſtes: ne foꝛte inferat ti bi gratiam falſam:et cõuitietur tibi. Quare autem non ſit cõ trahenda facile cum q̃cunꝗ familiaritas:ſubiungit: d Eſt enim amicus ẽm tempus ſuum: id eſt q̃diu durat tẽ/pus cõmodi tempalis. e Et non permanebit/tecum vt amicus: f In tempoꝛe tribulationis:id eſt aduer ſitatis ſiue paupertatiſ. Prouerb.xix.a. Diuitie addũt ami/cos pluri mos

a lationis. Eſt ĕt amicus q̃ cō
b uertit ad inimicitiam: et ĕſt
c d qui ŏdium ⁊ rixam et cōnui-
e tia denudabit. Eſt ăutē ami
f cus ſocius menſe: ĕt non
permanet in die neceſſitatis.
g Amicus ſi permãſerit fixus
h ĕrit tibi quaſi coequalis: et
i k in dŏmeſticis tuis fidŭcia-
l liter ăget Si hũmiliauerit ſe
m n contra te: ⁊ ă facie tua abſcō
o det ſe / vnănimem habebis
p amicitiam bonam. Ab ini-
q r micis tŭis ſẽpare: ⁊ ab ămi-
s cis tuis attende. Amicus fi-
t delis protectio fortiſ: qŭi au
v tem inuenit illũ: inŭenit the-
x ſaurum. Amicŏ fideli nulla
y eſt comparatio: ĕt non ē di-
gna ponderatio auri ⁊ argē-
ti contra bonitatem fidei illi-
z a us. Amicŭs fidelis mĕdica-
mentum vite ⁊ immortalita-
b tis: ĕt qui metuunt domi-
c d nũ inŭenient illum. Qŭi ti-
e met dominuz eque hăbebit
f amicitiaz bonam: qŭoniam
ſcḋm illum erit amicus illius.

cos plurimos: a paupe aũt et hi quos habuit ſepant. a Eſt et amicus qui conuertit ad inimicitiã: id eſt qui cito iraſcitur et recedit ab amicitia. Scḋm aliã litterã: Eſt amicꝰ qui conuertit ad amicitiã: id eſt qui leuis eſt ⁊ cōuertibilis eſt: nunc ad amicitiam nũc ad inimicitiã. b Et eſt q̃: id eſt ille: c Odiũ et rixam / quam habebat i corde occultã: d Et cōuitia denudabit: id eſt aliq̃ mala dicet de illo cuiꝰ amicũ ſe ſimulabat ſi ſciat / ſi neſciat finget. Et de tali amico dicitur Prouerb. xviij. a. Occaſiones querit q̃ vult recedere ab amico: ⁊ omni tẽpore erit execrabilis. e Eſt autem amicus ſocius mēſe: cuiꝰ deus venter eſt: et gloria in ꝯfuſione: Phil. iij. d. f Et non permanet in die neceſſitatis: id eſt paupertatis. Talis ſilis eſt lupo vel cani: qui tãdiu diligit cadauer: q̃diu carnes habet ⁊ nō plus. Vñ Seneca. Vel muſce ſequunt cadauera lupi: turba iſta ſequitur predam non hominem. Eccſ. v. c. Ubi multe ſũt opes: multi ſunt qui comedunt eas. Ecce triplicem falſum amicum ponit auctor. Primo amicum fortune: qui cum fortuna venit et cũ fortuna recedit. De quo dic̄ poeta: Cũ fueris felix multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila ſolꝰ eris. Secundũ amicum inconſtantie: qui ſcḋm temporis mutabilitatem mutatur. De quibus Thrẽñ. j. a. Omnes amici eius ſpreuerũt eam / ⁊ facti ſunt ei inimici. Tertium amicũ menſe: qui cauſa ventris condolet ⁊ cōgaudet. De quo. j. xxxvij. a. Sodalis amico cōiocũdabit in oblectatiōibꝰ: ⁊ i die tribulationis aduerſarius erit: Sodalis amico condolet cauſa ventris: et contra hoſtem arripiet ſcutum. In hoc triplici amico non eſt confidendũ: ſed in vero: de quo conſequent oſtendit qualiter poſſit cognoſci. Difficile eſt enim inter multos falſos vnũ verum amicum cognoſcere. Omnes enim dicunt ſe eſſe amicos cum ſint ſolo nomine amici: vt dicitur. j. xxxvij. a. Signum autem vere amicitie eſt continuatio amoris in omni tempore. Unde Prouerb. xvij. c. Omni tempore diligit qui amicus eſt. Et de hoc dicit: g Amicus ſi pmãſerit fixus: id eſt ſtabilis in amore ⁊ cōſtãs i tẽpore tribulatiōis: h Erit tibi q̃ſi coequalis: id ē paris tecũ voluntatis q̃ſi alter tu: idē volēs / idē nolēs. Hec eſt vera amicitia: vt dicit Tullius: idem velle ⁊ idem nolle in rebus honeſtis. Item: Amicitia eſt diuinarũ humanarũq̧ rerum: cum beniuolentia ⁊ charitate conſenſio. i Et in domeſticis tuis: id eſt in priuatis negocijs tuis: k Fiducialiter. i. fideliter: l Aget: id eſt quaſi ſua fidelit̄ pcurabit. m Si humiliauerit ſe contra te: id eſt coram te tibi in omnibꝰ bonis conſentiens: n Et a facie tua abſcondet ſe: non oſtendens exterius totum affectum amoris quem habet interius: o Unanimē / cum eo / habebis amiciciam bonam: id eſt firmam ⁊ ſtabilem. Alit̄ poteſt legi ſcḋm Glo. de falſo amico. m Si humiliauerit ſe contra te: id ē exterius coram te ad te decipiendum: n Et a facie tua abſcondet ſe / per ſimulationē fingens ſe qualis non eſt. o Unanimē habebis amicitiã bonam: interrogatiue. q. d. non. Ubi eni cordium ſecreta adinuicem ignorant: non poteſt eſſe vera amicitia. Amicus enim dicitur amoris cōſors: vt dicit Glo. Cui ſic animũ tuũ applica / vt ex duobꝰ vnum fiat: cui te tanq̃ tibi cōmittas: a quo nihil timeas ⁊ nihil inhoneſtum petas. Non eſt eni amicitia vectigalis: ſ plena decoris. Vñ Joh. xv. b. dixit dñs diſcipulis ſuis: Vos amici mei eſtis ſi feceritis que precipio vobis. Ecce dedit nobis dñs formã amicitie quã ſeq̃mur: vt faciamus amici volũtatem: aperiamus ei ſecreta ⁊ ipſe nobis. Unde Joh. xv. b. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecunq̧ audiui a patre meo / nota feci vobis. p Ab inimicis tuis / manifeſtis: q Separe / vel ſepa te / loco: aio vero ſemper amãdus ē: Quia dic̄ dñs Matth. v. g. Diligite inimicos vr̄os: benefacite his q̃ vos oderunt. r Et ab amicis tuis attende: id eſt ad cognoſcē dum veros amicos diſcretionē habe: qꝛ profundum eſt cor hominis et inſcrutabile: q̇s cognoſcet illud: Hiere. xvij. b. Hec autem diſcretio maxime neceſſaria eſt propt̄ hypocritas ⁊ hereticos: q̃ ſimulant qḋ nō ſunt vt incautos decipiãt. Unde Matth. vij. c. Attendite a falſis prophetis ⁊c̄. Et Roma. vlt. c. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſenſiones ⁊ offendicula faciunt. s Amicus fidelis protectio fortis: id eſt amicꝰ fortis ſcḋm deũ / fortis ꝓtectio: quia non relinquit in aduerſis: ſed fortiter protegit ⁊ per conſolationem ⁊ conſilium et orationem ſi temptat̄ / per ſuarum rerum cōmunicationē ſi inopia grauatur / per cordis compaſſionem ſi anguſtiat̄ / per ſuiipſius expoſitionem ſi periculum anime timeatur. Et de tali amico dicitur. j. eodē. Amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis. Et. j. xxij. d. A facie illius: id eſt amici nō me abſcondam: et ſi mala mihi euenerint propter illum ſuſtinebo. Prouer. xij. d. Qui negligit damnũ propter amicum iuſtus eſt. t Qui autem inuenit illum: id eſt fidelem amicũ: v Inuenit theſaurum / quo vtatur tempore neceſſitatis. Amicitia eni omnia cōmunia facit: et per amicitiã poſſides omnia bona tam tempalia q̃ ſpũalia / que habet ille quē tu amas. Et qꝛ vbi eſt theſaurus tuꝰ: ibi eſt ⁊ cor tuũ: vt dicit̄ Matth. vj. c. ideo neceſſe eſt in corde vnius amici eſſe cor alteriꝰ: ⁊ cōmunem habere voluntatem ⁊ cōmunes diuitias. Vñ Cicero dixit amicitiã eſſe non poſſe niſi inter bonos: ⁊ liberã debere eſſe: ⁊ ad omnē felicitatem procliuem. x Amico fideli nulla eſt comparatio / equipantie. y Et non eſt digna ponderatio auri ⁊ argēti contra bonitatē fidei illius. i. cōtra fidelitatē illius: qꝛ fidelis amicꝰ ſp iuuat etiã poſt mortem: qḋ nō facit aurũ ⁊ argentũ. Fidelis amicus vitam ꝯſeruat: tam tempalē q̃ ſpũalem: qḋ nō aur̄ nec argentũ. Proprie autē amicus fidelis eſt chriſtus: qui tãtũ nos dilexit: vt animã ſuam daret pro nobis: et maiorē hac dilectionē nemo habet: Joh. xv. b. Huic amico nulla eſt compatio: qꝛ qui de celo venit ſup oēs eſt: Joh. iij. d. Huic nec aurũ ſapie nec argentũ eloquētie pñt cōmpari. Vñ Job. xxviij. c. Nō dabit̄ aurũ obrizũ ꝓ ea: nec appēdet̄ argētum in cōmutatiōe eius. z Amicꝰ fidel̄. i. animi cuſtos: a Medicamētũ vite et imortalitatis. i. obſeruatiuũ ⁊ effectiuũ vite immortalis vt ꝯſiliariꝰ / vt miniſter / vt adiutor. Propt̄ qḋ dicit ſalomon Eccſ. iiij. c. Ve ſoli: qꝛ ſi ceciderit nō hꝫ ſubleuãtē ſe b Et q̃ metuũt dñm / filialit̄: c Inuenient illũ / in pſenti ꝑ ſpē: in futuro ꝑ ſpeciē. Spes eni gignit̄ ex timore: ſic dicit Ps.
Qui timēt dñm ſperauerũt in dño. Vel / Inueniũt illũ. i. Ps. 113.
veniũt i illũ amoris deſiderio: q̇ orit̄ ex timore. Vñ. j. xxv. b. Timor dei initiũ dilectiōis eiꝰ: fidei aũt initiũ agglutinãdũ ē illi. d Qui timet dñm eq̃. i. eq̃ aio et recto: nō vt fuꝰ et mercennariꝰ ſ vt filiꝰ: q̇ non timet niſi offenſã aut ſepationē. e Habebit amicitiã bonã / cũ dño. f Qm̄ ſcḋm illũ erit amicus illius.

B amicitiã
j. 37. a.
[per]manebit
Triplex falſi amicus
Verſus

a Fili ā iuuentute tua b excipe c doctrinā: d et vſq̃ ad canos e inuenies f ſapientiam. g Quaſi is qui arat ⁊ qui ſeminat accede ad eam: h et ſuſtine i bonos fructus illius. In opere enim ipſius exiguum laborabis: ⁊ cito edes de gene k rationibus illius. Q̄ aſpera eſt nimium ſapiētia indoctis hominibus: l et non per m manebit in illa n excors. o Quaſi lapidis virtus ꝓbatio erit in illis: et non demorabuntur proijcere illam. p Sapientia enim q doctrinę ſm nomē

erit amicus illius: id ē ſicut deꝰ diligit eū / ⁊ ipſe deū. Vel ſic. Qui timet dn̄m / timore filiali: Eque habebit amicitiā bonā .i. ꝑut equū ē amabit a dn̄o. Vel ſic. Eque habebit amicitiā bonā: id eſt eq̄lr̄ amabit dn̄m: id eſt tantū timebit / quātū amabit. Vel / Eque habebit amicitiā bonā: id ē equalit̄ amabit ⁊ amabit̄ omni tēpore / aduerſitatꝭ ⁊ ꝓſperitatis: quia omni tempore diligit q̄ amicus ē: Prouer. xvij. c. Vel ſic. Eque habebit amicitiā bonā: cū ꝓximo: id eſt aioꝝ paritate / cum ſint vt vnum in amore ꝯſortes. Amicus enim dicitur quaſi amoris cōſors. Qm̄ ſm illū .i. ſm volūtatē illiꝰ / vel ſm amorē illiꝰ .i. dei: Erit amicus illius: id eſt ſm ꝙ diligit deum in illo diligit et proximum: quia eſt imago illius. j. Ioh. v. a. Omnis qui diligit eum qui genuit: diligit eum qui natꝰ eſt ex eo: per naturam vel per gratiam. a Fili a iuuentute tua excipe doctrinam .i. menſuram aliorū cape: vel ex multꝭ doctrinis meliorem elige. d Et vſq̃ ad canos .i. vſq̃ ad ſenectutem: e Inuenies ſapientiā. q. d. a iuuētute incipe addiſcere. Semper enī poteris diſcere etiā in ſenectute: ſacra enī doctrina puteus altus eſt ⁊ ad ꝓfundum ꝑueniri non poteſt. Unde Eccē. viij. d. Eſt homo qui diebus ⁊ noctibus ſomnū non capit oculis: ⁊ intellexi ꝙ omniū operū dei nullam poſſit inuenire homo rationē eoꝝ que fiūt ſub ſole: et quanto plus laborauerit ad querendū: tanto minus inueniet eam. Vel ſic. a Fili a iuuētute tua / que eſt etas diſciplinabilis: b Excipe .i. corde cape: c Doctrinam / bene viuendi. d Et vſq̃ ad canos inuenies ſapiētiam .i. in ſenectute fructū ſapię cōſequeris. Un̄ Glo. Qui i iuuētute ſtudet ſane doctrinę: in ſenectute dulces metet fructꝰ ſapientię. De quibus dicitur Prouerb. iij. b. Primi ⁊ puriſſimi fructus eius. Unde Threñ. iij. b. Bonū eſt viro cū portauerit iugū dn̄i ab adoleſcētia ſua. Exo. xvj. e. preceptū eſt filijs iſrael vt mane colligerent manna: per qḋ ſignificat̄ ſacra ſcriptura. Et hoc eſt qḋ dicit̄ Eccē. xj. c. Mane ſemina ſemen tuū / ⁊ veſpere nō ceſſet manus tua. Et Hieroꝰ. Mirū eſt ꝙ artem bene viuēdi in iuuētute non addiſcimꝰ cum alias artes etiam mechanicas a iuuentute addiſcamꝰ. Modū aūt addiſcendi determinat auctor / et ſubiūgit: f Quaſi is q̄ arat ⁊ qui ſeminat accede ad eam / acquirendā: id eſt cum ſtudio ⁊ labore ⁊ cū ſpe ꝑcipiendi fructū vnde reficiaris et viuas. Unde apl's. j. Corī. ix. b. Debet in ſpe qui arat arare: et qui triturat in ſpe fructus ꝑcipiēdi. Item qui arat ⁊ ſeminat primo extirpat ab agro ſpinas ⁊ tribulos: et euerſa terra ſeminat ſemen ſuū: ſic qui ſacram ſcripturam excipere cupit: primo debet terram cordis ſui diligenti inq̄ſitione euertere et ſpinas vitiorū extirpare: et tunc demū poterit ſemen diuinę doctrinę excipere: ⁊ tandem fructū virtutum ⁊ glorię metere. Alioq̄n in maliuolā animam non introibit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: Sap. j. a. Propt̄ qḋ dicit Hiere. iiij. a. Nouate vob nouale ⁊ nolite ſerere ſuper ſpinas. Sed quia ſunt quidā qui ſtatim vt ſeminauerint volunt comedere fructum ſeminis: vt dicitur Eſa. xxviij. b. Quaſi temporaneū ante maturitatem autūni: qḋ cum aſpexerit vidēs ſtatim vt manu tenuerit vorabit illud: Iḋ ſubiūgit: g Et ſuſtine .i. patient̄ expecta. h Bonos fructus illius .i. eterna bona que illa ꝓmittit: ⁊ per illam inueniunt̄: ſicut dicitur Ioh. v. f. Scrutamini ſcripturas in quibus vos putatis vitam habere. Iaco. v. b. Patientes eſtote fratres vſq̃ ad aduentum dn̄i: ecce agricola expectat precioſum fructum terrę patienter ferens: donec accipiat temporaneū et ſerotinū. Sꝫ ne aliquis terreret̄ ex nimia expectatione: Ideo ſubdit: i In opere enī ipſiꝰ exiguū laborabis: ⁊ cito edes de generatiōibꝰ illius. q. d. modicus eſt labor reſpectu fructus. Un̄ Sap. iij. a. In paucis vexati in multis bene diſponent̄. Roma. viij. d. Non ſunt condignę paſſiones huꝰ tempis ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ in nobis. Et nota ꝙ dicit: In opere ipſiꝰ exiguū laborabis: Non enī ſolo ſtudio lectiōis: ſed ⁊ labore opis ⁊ inſtantia orationis acquirit̄ ſapientia. De oratione dicitur Iaco. j. a. Si quis veſtrum indiget ſapiētia / poſtulet a deo / qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat / et dabit̄ ei. De ope dr̄ in Pſ. Intellectꝰ bonꝰ oībꝰ facientibꝰ eū. Et alibi: A mandatis tuis intellexi. Et filij iſrael proprijs manibꝰ manna colligebāt: Exo. xvj. d. Generatio autem ſapiētię duplex eſt. Una in affectu: altera in intellectu. In affectu generat deſideria ſancta: in intellectu ſtudia vera. Et de vtraq̃ generatione dicit Pſ. Hec eſt generatio querentiū dn̄m. De his generationibꝰ edit qui ⁊ ſtudia ⁊ deſideria in bonū opus cōuertit: ſed nondū ſatiatur: ſatiabitur autem cum apparuerit gloria eius / qui dator eſt ſapiētię. Sequitur: k Q̄ aſpera eſt nimiū ſapiētia indoctꝭ hominibus. q. d. tam bona / tam dulcis eſt ſapientia ⁊ fructus eius optimi: et tñ nimis aſpera eſt hoībus indoctis: qui neſciunt fructum ⁊ vtilitatem eius. Unde. ē. j. c. Execratio peccatoribus ſapientia. l Et non permanebit in illa: id eſt in mandatis illius: m Excors .i. homo ſine corde: id ē impatiēs ⁊ deditꝰ curis ⁊ ſollicitudinibꝰ tpalibꝰ q̄ cor auferūt. Un̄ Oſee. vij. c. Factꝰ eſt ephraim q̄ſi columba ſeducta nō habēs cor. Itē in eodē. iiij. c. Fornicatio / vinū ⁊ ebrietas auferūt cor. n Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis .i. i ſtultis .i. ſic lapis ſi ſurſū ꝓijcit̄ ſtatim ꝓpria virtute .i. ponderoſitate deſcēdit: ita idocti hoīes aliq̄ñ eleuati ꝑ ſapiaꝫ ad aliquā dignitatē / ꝓpria volūtate ſiue malicia ad pctā deſcēdūt ⁊ de pctīs ad īfernū. Vel alit̄: Quaſi lapidis virtus: ita ꝓbatio / ſapię / erit .i. ſic indocti virtutē lapidis pcioſi parū approbant / vel oīno vilipendūt / quia ignorant: ita et ſapientiā. Propter qḋ dicit dn̄s Matth. vij. a. Nolite ſanctum dare canibus: neq̃ mittatis margaritas ante porcos. ī. xxj. c. Cor fatui quaſi vas confractū: omnem ſapientiā non tenebit. Quia vo aliquādo indocti recipiūt diſciplinam / ſed cito abijciunt: quia ad tempus credunt ⁊ in tempore temptationis recedunt: ſicut dicitur Luc. viij. b. Iḋ ſubdit: o Et non demorabunt̄ ꝓijcere illam: qꝛ graue videtur eis obedire ſapientię: Et hoc eſt: quia ignorant fructus eiꝰ. Unde Prouerb. j. c. Stulti q̄ ſibi noxia ſunt cupiunt ⁊ imprudētes odibunt ſcientiam. Sapientiā autē ꝓijcit / vel qui eā audire contēnit / vel mandata eius non facit. Unde Pſ. Proiciſti ſermones meos retrorſum. Quare autē proijciāt indocti ſapientiam / oſtendit. p Sapientia enī doctrinę: id eſt que per doctrinā acquirit̄: vel que per doctrinā cōmunicat̄. q Scōm nomen eius .i. ſtulti. Stultus doctrinā ſapientię reputat ſtulticiam: quia non intelligit neq̃ ſapit ea que dicunt̄. Unde. j. Corī. ij. d. Animalis homo non percipit ea que ſpiritus dei ſunt: ſtulticia enim eſt illi / ⁊ non poteſt intelligere: quia ſpiritualit̄ examinat̄. Vel ſic: p Sapiētia enī doctrinę: id eſt doctrinalis ſapiētia. q Scōm nomen eius: id eſt ſm nomen ſapiētię: id eſt talis eſt / qualis etiā ſignificatur per nomen. ſ. ſapida ſcientia: quia dicit̄ a ſapore et a ſcientia. Et ſm nomē eiꝰ eſt ſapiētia: id eſt prudentia ⁊ veritas ⁊ virtus illumināſ ⁊ inflāmans. Unde Pſ. Preceptū dn̄i lucidū illuminans oculos. Et Prouer. xxx. a. Omnis ſermo dei ignitus clypeus eſt. Vel aliter: p Sapientia enī doctrinę: id ē ſapiētia docibilis. q Scōm nomen eius: id eſt occulta ſicut et nomen eiꝰ. Queſtio enī fuit inter philoſophos ⁊ adhuc eſt / qd̄ ē ſapiēs / ⁊ quid eſt ſapiētia: ita ⁊ ipſa ſapiētia ignota eſt ⁊ occulta. Ignota ē indoctis hoībꝰ. Unde ſequitur:

Pſ. 110
Pſ. 118
Pſ. 23
Pſ. 16
Pſ. 49
Pſ. 18

ctis hoībus. Unde ſequit: a Et nō multis eſt manife
ſta: ſed ſolis auditoribꝰ ⁊ amatoribꝰ eius. Pauci enī ſapiūt
ſaporem ſapiētie: ⁊ pauci vident claritatē eius. Unde Job
xxviij. c. Vñ ſapiētia venit: ⁊ qs ē locꝰ intelligētie: Abſcon/
dita enī eſt ab oculis oīm viuētiū: volucres quoqꝫ celi latet.
b Quibꝰ autem
agnita ē/ꝑ experiē/
tiam. i. qui fide ⁊ ope/
re ſcrutant eā/⁊ ſapo/
rem eius intus in affe/
ctu ſentiūt: c Per/
manet vſqꝫ ad cō/
ſpectū dei: id ē vſqꝫ
ad apertam dei viſio/
nem. Dicit autem qs
ꝑmanere multis mo/
dis. Primo quādo tē
ptatiōibꝰ nō ſuccūbit.
Unde Luc. xxij. c.
Vos eſtis q ꝑmāſiſtis
mecū in tēptatiōibus
meis. Scdo qñ aduer
ſitatibus nō frāgitur.
Sap. v. a. Stabūt iu

acidieris

a eſt eius: ēt non multꝭ eſt ma/
b nifeſta. Quibus autem ag/
c nita eſt/pērmanet vſqꝫ ad
d e conſpectum dei. Audi fili ēt
accipe cōſilium intellectus:
f ēt ne abijcias conſiliū meū.
g h Inijcē pedem tuū ī cōmpe/
i des illius: et in tōrques illi/
k us collum tuū. Sūbijce hu
l merum tuū ⁊ pōrta illam: et
m nē†acidieris vinculis eius.
n In ōmni animo tuo accede
o ad illam: ēt in omni virtute
p tua conſerua viās eius. In/

q r uēſtiga illam ⁊ mánifeſtabi/
s tur tibi: et cōntinens factus
t v nē derelinquas eam. In nō
x uiſſimis enim inūenies req/
y em ī ea: ⁊ ꝯuerteꝭ tibi ī oblec
z tationē. Et ērūt tibi compe/
a des eiꝰ in ꝓtēctionē fortitu/
b c dinis: ēt baſes†virtutꝭ ⁊ tōr/
d ques illius in†ſtōla glorie.
e f Dēcor enī vite ē ī illa: ēt vin
g cula illiꝰ ālligatura†ſalutis.
h i †Stōla glie īdúeſ eā: ⁊ cōro
k nā†ꝯgratulatiōis ſuppones
l tibi. Fili ſi āttenderis mihi:

torpēdo. Vel/ s Cōtinēs factꝰ. i. habens cōtinentiam.
t Ne derelinqs eā/ſapiam q maxie ſeruaꝭ ꝑ cōtinētiam.
Vñ Sap. vij. d. Emanatio qdā eſt claritatꝭ oīpotētꝭ dei ſin
cera: et iō nihil inqnatū in illā incurrit. Cauſā aūt qre īueſti/
gari debet ſapia ſubiungit. v In nouiſſimis enī. i. poſt
hāc vitā. x Inue/
nies requiē in ea:
id eſt ꝓꝭ eā vel ꝑ eā:
q2 ſapia ē ꝯtemplatio
dei: ⁊ ꝑceptio ꝟitatꝭ:
in qbꝰ cōſiſtit btitudo
ſctōꝝ. Prouerb. iij. a.
Fili mi ne obliuiſca/
ris legꝭ mee: ⁊ pcepta
mea cuſtodiat cor tuū
longitudinē enī die/
rū ⁊ ānos vite ⁊ pacē
apponēt tibi. y Et
ꝯuerteꝭ tibi ī oble/
ctationē: licz modo
cū labore īueſtigetur.
Vñ Joh. xvj. d. Vos
aūt ꝯtriſtabimī ſ3 tri/
ſticia vr̄a ꝟteꝭ in gau

B

Al. †ſeruitutis
Al. †ſtolā
Al. †ſalutaris
Al. †Stolā
Al. †gratu/
lationis

ſti ī magna cōſtātia ⁊c̄. Tertio qñ nō diſſoluiꝭ ſiue molleſcit
ꝓſperitate tꝑali: ſed ſp ꝓficit de bono ī meliꝰ. j. xxvij. b. Hō
ſancꝰ ī ſapiētia manet ſicut ſol: qui ſp facit curſū ſuū qcquid
agaꝭ vel dicaꝭ. Quarto qñ ꝯtinuat opa ſua bona vſqꝫ ī finē.
Matth. x. c. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluꝰ erit. Qui
to qñ in aggreſſu ⁊ ꝓgreſſu arduoꝝ ꝯfidit de deo. j. Joh. iij.
a. Ois q in deo manet nō peccat. Iſta ſex bona fac ſapiētia:
Securitatē/firmitatē/ꝯſtantiam/pſeuerantiā/ꝯfidentiā: ⁊ ad
vltimū apertā dei viſionē. Iſti ſunt ſex gradus qbꝰ aſcendiꝭ
ad thronū ſalomōis. iij. Reg. x. c. d Audi fili ⁊c̄. Oſtē/
ſa vtilitate ſapiētie: et qre ab indoctꝭ ꝓijciꝭ: ꝯſequenꝭ admo/
net ad auditū ſapiētie: nō ſolū exteriorē ſed interiorem: q eſt
obediētia ⁊ intelligētia. Unde dicit: Audi fili/aure cordis.
e Et accipe ꝯſiliū intellectꝰ. i. qd ꝯfert purū intellectū
ſine errore. f Et ne abijcias ꝯſiliū meū: qui ſum pa/
ter tuus: q nō cōſulerē niſi bonū. g Inijce pedē tuū: id
eſt affectū anime. h In cōpedes illiꝰ. i. in pcepta illiꝰ.
q. d. greſſū vite tue ꝯſtringe pceptꝭ ſapiētie. i Et in tor/
ques illiꝰ collū tuū. i. tempa ſermones tuos ſm regulam
ſapiētie. Collo formaꝭ ſermo: et iō noīe colli ſmo ſignificaꝭ.
Torques eſt aureū ornamētū pectoris: et ſignificat ſapiētiā
ſiue regulā duoꝝ teſtamentoꝝ. Vñ collū inijcere in torques
ſapiētie/nihil aliud eſt qꝫ ſermones ſuos ſapiētia informare.
k Subijce humerū tuū/et porta illā: h eſt actus tuos
ſuppone magiſterio illiꝰ. k Subijce/ꝑ hūilitatē. l Por/
ta/per fortitudinē. Subijce/per obedientiā. Porta per
patientiā. m Et ne acidierꝭ vinculis eiꝰ. i. ne grauiꝭ ⁊
tedioſe feras/ſed cū hilaritate imple pcepta ſapie. Diciꝭ aūt
acidia ab aceo aceſ. Vñ hō acidꝰ. i. ſine igne charitatꝭ: q leuiſ
Ps. 68. ē ſup oia. Et de talibꝰ dic̄ dñs ꝑ Ps. Et in ſiti mea potauerꝭ
me aceto. n In oī animo tuo accede ad illā. q. d. oēs
cogitatiōes tuas/oia deſideria ī illā ꝯuerte. Vñ Glo. Corde
nō corpe accedendū eſt ad ſapiam: q2 ſpūalis lex mēte inſpi/
cienda ē: ſenſus tñ corpis dirigēdi ſūt rōne mētꝭ. Vñ Gal. v.
c. Spū ambulate ⁊ deſideria carnis nō pficietꝭ. Nā qui de/
uote meditaꝭ ſapiam dei: que de chriſto eſt vel que chriſtꝰ eſt
ſuat mādata eiꝰ ⁊ corpis luxū reſtringit ne fluat ī voluptati/
bus vite pſentis ſed viuat ſub diſciplina celeſti. o Et ī oī
ꝟtute tua ꝯſerua. i. corde ⁊ ope ſerua: p Vias eiꝰ. i. p/
cepta ꝑ q venit ad ipſā ⁊ ipſa ad nos. Matth. xix. c. Vis in/
gredi ad vitā ſerua mandata. q Inueſtiga illā/ſtudēdo/
peritiores īterrogādo/orādo/opando. r Et manifeſtabi
tur tibi: q2 q petit accipit: ⁊ q querit inuenit ⁊ pulſanti ape/
rieꝭ: Matth. vij. a. Prouerb. ij. a. Si queſieris eā quaſi pe/
cuniā ⁊ ſicut theſauros effoderis illā: tūc intellgeſ timorē dñi
et ſciētiā dei inuenies. s Et ꝯtinēs factꝰ. i. toto aīo te/
nens. i. qñ tenuerꝭ eā. t Ne derelinqs eā/peccando vel

diū. z Et erūt tibi cōpedes eiꝰ. i. pcepta eiꝰ: qbꝰ ligaꝭ
affectꝰ aie: a In ꝓtectionē fortitudis. i. ī fortē ꝓtectio/
nē. b Et baſes ſeruitutꝭ/vel ꝟtutꝭ. i. ī firmamētū ꝟtutū
vt ſuſtinere poſſis ſuitiū diuinū et laborē ī ſuiēdo. Et ſic cō
ſtrue. Et baſis ſeruitutꝭ/vꝭ ꝟtutꝭ. i. patiētia ⁊ obediētia:
q ſic baſes ſuſtinēt totū pōdꝰ fabrice ſpūalis: erūt tibi ī fortitu
dinis ꝓtectionē. i. ī fortē ꝓtectionē. Patiētia enī ⁊ obediētia
ꝓtegūt fortiꭓ laborātes ad ſapiā. c Et torqs illiꝰ. i. tēpata
doctrīa: d In ſtola glie/corpis ⁊ aie. e Decor enī vi
te ē ī illa/ī pñti ꝑ grā: ī futuro ꝑ gliā. f Et vincula illiꝰ
. i. pcepta qbꝰ ligamur/ne ꝑ campos licētie diſcurramꝰ effre/
nes: ſūt/ g Alligatura ſalutꝭ: q2 extrahūt a pctō ⁊ trahūt
ad ſalutē etnā. Hec enī ſūt vincula qbꝰ extractꝰ ē hieremias
de lacu: Hiere. xxxviij. d. h Stola glie. i. ꝓ ſtola glie. i
Indues eā/ſapiā. i. in futuro habebis ꝓ ſapia ſtolā glie q
induerꝭ. k Et coronā ꝯgratulatiōis ſuppones tibi
eā. ſ. ſapiam: h ē ꝓ ſapia habebis coronā cōgratulatiōis. Et
nota tria ꝟba q h ponūꭓ: decor/ſtola/corona. Decor ſiue pul
chritudo ꝯſiſtit ī ptiū corpis debita qntitate ⁊ ordie ⁊ colore
viuido: ſic dicit Augꝰ. Sic ⁊ decor vite hec tria h3: Debitā
qntitatē ī itegritate iuſticie/q ad ꝓximū: debitū ordinē/q ad
deū ī cultu pietatꝭ: viuidū colorē ī norma ſobrietatꝭ/q ad te/
ipſū: ⁊ h ē decor vite. Vñ Titū. ij. d. Abnegātes impietatē ⁊
ſecularia deſideria/ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamꝰ ī h ſeculo. Sto
la vt dic̄ Iſidorꝰ: eſt matronale opimētū: q opto capite ⁊ ſca
pula a dextro latere ī leuū humeꝝ mittiꭓ. Et dr a ſtolon qd ē
lōgū: ⁊ ſignificat corpis īmortalitatē/q corpꝰ qſi veſte nobili
induetꝭ: ſic dr. j. Corꝭ. xv. g. Corona ꝟo q capiti imponiꭓ/ſig
nificat gliā aie: q eſt dignior ⁊ excellētior ps hoīs. S3 meliꝰ
pōt dici vt mihi videꭓ q ſtola ſignificat tā corpis qꝫ aie gliā
ſubalē/q dr aurea: Corona ꝯgratulatiōis dr aureola/q ſup/
addiꭓ auree ꝟginibꝰ ⁊ pdicatoribꝰ ⁊ martyribꝰ. Vñ ꝓprie dr
h: Coronā ꝯgratulatiōis ſuppones tibi. Et dic̄ ꝯgra
tulatiōis. i. ſimul gratulatiōis: q2 gaudio ſiue gratulatiōi ſub
ſtantiali q erit ex viſione ⁊ dilectiōe dei addeꭓ: nō tñ augebit
eā: q2 ſe h3 ad illā vt pūctꝰ ad lineā. l Fili ſi attēderꝭ mi
hi ⁊c̄. Supra oñdit auctor fructum ſapie multiplicē: deinde
monuit ad auditū ſapie: nūc oñdit qliꭓ veniaꭓ ad illā. ſ. ꝑ hu/
milē diſciplinā ⁊ mētꝭ mūdiciā ⁊ intētiōis puritatē. Vñ dic̄
Glo. Neceſſe ē vt q ꝟe ſapie q chriſtꝰ ē agnitionē deſiderat
ꝓus catholicis mgr̄is hūiliꭓ ſe ſubijciat/⁊ oēs affectꝰ aie ſue
diſcipline eoꝝ: deinde intētionē cordis ab oī prauo deſiderio
auertēs ad audiendū ꝟbū dei adhibeat diligenꭓ: caueatqꝫ vt
meditationē legis nō ꝓ trenaꝝ rerū mercede: ſ3 ꝓ ipſiꝰ boni
amore impendat vt vere ſapie fructꝰ pcipiat. Dicit ḡ. Fili/
cuī paterna ſuaꭓ hereditas: q doctrine pr̄is hūiliꭓ ſubijci de/
bes. m Si attēderis mihi/patri q diligenꭓ docere volo.

 Diſces eam ab alio

a/b diſcēs eam:ēt ſi accōmoda/
c ueris animū tuum/ ſapiens
d eris. Si inclinaueris aurem
e/f tuā/excipies doctrinam: ēt
g ſi dilexeris audire/ſapiens
h eris. In mltitudine preſby/
i terorum prudentum ſta:ēt
k ſapientię illorum ex corde
l/m coniungere/vt omnem nar/
n rationem dei poſſis audire:
o/p et prouerbia laudis nōn ef/
q fugiant a te. Et ſi videris
r/s ſenſatum euigila ad eum:ēt
gradus oſtiorum illiꝰ exte/
t rat pes tuus. Cogitatum ha
be in preceptis dei: et in
v/x mandatis illius maxime aſ/
y ſiduus eſto:ēt ipſe dabit ti/
z/a bi cor:et concupiſcentia ſa/
b pientię dabit tibi. Ca. VII

c/d Noli facere mala: ēt
non te apprehēdēt.
e/f Diſcēde ab iniquo
g/h ⁊ deficiēt mala abs te. Non
ſemines mala in ſulcis iniu/
i/k ſticię:ēt nō metes ea in ſep/
l tuplū. Noli querere ab ho/
m mine ducatum: nec a rege

a Diſces eam/ab alio. Unde ⁊ paulus miſſus eſt ad ana/
niam: Act. ix. c. et viſum recepit. Et in vitaſpatrū legitur:
ꝙ quidam patrū dubitabat ſuper quodā: ⁊ orauit dn̄m vt re/
uelaret ei:et ſic fuit in oratione pluribꝰ diebꝰ/⁊ nihil inuenit:
Ad vltimū cogitauit vt iret ad patrem quēdā ⁊ q̄reret ab eo
dubitationē. Et dum
iret/occurrit ei angelꝰ
dicens: Non ꝓpꝫ ora
tionem ⁊ ieiuniū tuū
voluit tibi dn̄s reuela
re dubitationē tuam:
nūc ꝟo/quia humilia/
ſti te vt ires ad fratrē
tuū ⁊ quereres ab eo/
miſſus ſum vt dicā ti/
bi/⁊ redeas ⁊ dn̄s in/
dicabit tibi qd dubi/
tas. Unde Luc. x. d.
Confiteor tibi pater
cęli et terrę ⁊c. b Et
ſi accōmodaueris
animū tuū. i. ad cō/
modū dederis ipſi ſa/
pientię: c Sapiēs
eris: potens eſtima/
re de oībus rebus ſm valorem ſuū: prꝰ cognito vnoquoqꝫ
ſm saporem ſuū. d Si inclinaueris aurē tuam/ꝑ hu/
militatē ⁊ fidem/credēdo eis quę dicunt: e Excipies do
ctrinam. i. extra alios capies:et ex multis meliorē eliges.
f Et ſi dilexeris audire/ab alio: g Sapiens eris.
Hic bis dicit: Sapiēs eris: quia ſapīa duo dic: saporē quo
guſtus ſpiritualis imutat/in quo eſt cognitio experiētię:et ſciē
tiā/qua intellectꝰ illuminat: i qua accipit cognitio ſimplicis
noticię. h In multitudine preſbyterorū prudētiū
ſta. i. cōmorare vt ab eis addiſcas ſapiaꝫ. Sed pr̄ſbyter grę/
cę: vt dic Iſidorus: latine ſenior interp̄tat: ſed qr multi ſenes
ſunt fatui: vt illi q̄ ſuſannā ꝯdēnare voluerūt: Daniel. xiij. e.
Jō addit/prudētiū. In multitudie autē dicit: qr ſciētia
ab vno pōt diſci/nō tn̄ ꝑfecte mox ordinatio: q̄ magis viſu q̄
auditu addiſcit. Sꝫ qr poſſet cū illis eē corpe/et corde vaga
ri ꝑ mūdū: Jō dicit: i Et ſapię illoꝝ. i. doctrine verbi ⁊
exēpli: k Ex corde/intellectu ⁊ affectu: l Cōiūgere/
attēdēdo qd dicūt: ⁊ imitādo qd faciūt. Hęc eſt ꝯiūctio veri
diſcipuli ad magiſtrū. Forte modo nō oportet ꝯiūgi: ſufficit
iūgi. Satis ē attēdere dictis/ nō imitari facta. Un̄ Matth.
xxiij. a. Super cathedram moyſi ⁊c. Sed ſi aliqn̄ doctores
aliqua dicunt vel faciunt quę non pertinent ad te: ad illa non
oportet ꝯiūgi: Et ideo ſequit: m Ut oēm narrationē
dei. i. de deo vel quę deus narrat ꝑ illos: n Poſſis au/
dire/ab illis. o Et ꝓuerbia laudis. i. ſentētię lauda/
biles ⁊ occultę: p Nō effugiāt a te. q. d. illa cōmēda me/
morię: illa eni effugiūt a nobis. i. extra nos fugiūt q̄ obliuiſci
mur. q Et ſi videris ſenſatū. i. ſapiētem et doctum et
moribus ornatum: qd notat in verbo videris: r Euigila
ad eum/imitandū ⁊ audiendū. Imitandū in factis: audien
dum in ſcholis. s Et gradus oſtiorum illiꝰ exterat
pes tuus: hoc eſt: frequent vade i domū ſuā vt interroges
quę ignoras aut dubitas. In quo retūdit quorūdā ſupbia q̄
nimis ꝯfidūt de ingenio ꝓprio/ita vt interrogare aliqd dedi/
gnent: imo qd peius eſt quę audiūt nō repetūt/ſed noua cir/
ca excogitāt. Contra quos dr̄ Prouerb. iij. a. Ne ſis ſapiēs
apud temetipſū. Et. ꝫ. par. Ne initaris prudētię tuę. De h
dicit. j. viij. b. Ne deſpicias narrationē pr̄ſbyteroꝝ ſapientū:
et in ꝓuerbijs eorum ꝯuerſare: Ab ipſis eni diſces ſapiam
et doctrinam intellectus. t Cogitatum habe in prę/
ceptis dei: nō i vanis figmētis philoſophoꝝ ⁊ curis carnis
et mūdi. v Et in mandatis illius maxime: id eſt plꝰ
q̄ in alia re: x Aſſiduus eſto/meditādo die ac nocte et
opere adimplēdo: alit inſufficiēs eſt meditatio legis niſi cōſe/
quat operatio. Unde Deut. vj. b. Erūt verba hec q̄ ego p̄/
cipio tibi hodie i corde tuo/⁊ narrabis ea filijs tuis ⁊ medita
beris ſedens in domo tuo/et ambulans in itinere/dormiens
atqꝫ ꝯſurgēs: ⁊ ligabis ea q̄ſi ſignū i manu tua. Precepta di/
cit/quo ad affirmatiua: mādata/q̄ ad negatiua. y Et ipſe
dabit tibi cor. i. puri cordis intelligentiā. z Et ꝯcupi/
ſcentia/ſalutaris: a
Sapiētię. i. amor ſa
pientię quo ad effec/
tum: b Dabitur ti
bi/a deo. Hec duo
habebat qui dicebat:
Quō dilexi legem tu/ Pſ. 118.
am dn̄e ⁊c.

Expoſitio Capi. VII

Noli facere A
⁊c. Circa fi/
nem p̄cedē/
tis capituli monuit au
ctor cōmorari in mul/
titudine pr̄ſbyterorum
prudentiū ⁊ ꝯiūgi il/
lorū ſapię: Nūc hor/
tatur fugere ſocietatē
maloꝝ: et maxime he
reticoꝝ/⁊ eoꝝ ſentētię
non ꝯſiūgi. Un̄ dicit: c Noli facere mala. i. pctā. d Et
non te apphēdent: in pęnis. Pſ. In opibꝰ manuū ſua/ Pſ. 9.
rū comphenſus eſt peccator. Unde et alibi Pſ. dicit: Cō/ Pſ. 7.
uertet dolor eiꝰ in caput eiꝰ ⁊ in vtice ipſiꝰ iniqtas eiꝰ deſcē/
det. i. pęna ꝓ iniqtate. Unde. j. xxvij. b. Leo venationi inſi/
diatur ſemꝑ: ſic pctā opantibꝰ iniqtatē. Prouerb. v. d. Iniq/
tates ſue capiūt impiū. Et nota ꝙ nō opa exteriora tm̄ ꝓhi/
bet: ſed voluntatē a qua q̄ſi a radice opa oriunt: Sicut dicit
dn̄s Joh. viij. b. Uade ⁊ amplꝰ noli peccare. e Diſce/
de/loco ⁊ aīo. f Ab iniq. i. heretico/vel q̄libet alio peſti/
lente: qr qui tangit picē inq̄nabit ab ea: et qui cōmunicauerit
ſuperbo/induet ſupbiam. j. xiij. a. Nō tn̄ ſtatim diſcedendū
eſt a pctōribꝰ: ſed prius admonēdi ſūt: et ſi nolūt corrigi/tūc
deinde dimitti poſſunt. Unde Titū. iij. c. Hereticū hominē
poſt p̄mā ⁊ ſecundā correctionē deuita/ ſciēs quia ſubuerſus
eſt qui eiuſmodi eſt. Uel ſic: c Noli facere mala: id
eſt peccata: d Et nō te apprehēdēt. i. ad peccandū alli/
cient. Peccatū eni qd per pęnitentiā nō diluit/ ſuo pondere
ad aliud trahit. Unde Pſ. In operibꝰ manuū ſuarū comp/ Pſ. 9.
henſus eſt pctōr. Prouerb. v. d. Funiculis pctōꝝ ſuoꝝ con/
ſtringit impius: e Diſcede ab iniquo. i. demone/ non
ꝯſentiendo ei. g Et deficiēt mala abs te. i. peccata vel
pęnę debitę ꝓ pctīs. h Nō ſemines mala in ſulcis
iniuſticię. i. non facias opera mala nec doceas peruerſa: q̄
ſunt ſemina iniuſticię. Sicut eni bona doctrina ⁊ bona opera
ſunt ſemina iuſticię: ſic mala doctrina ⁊ mala exempla ſunt ſe
mina iniuſticię. i Et nō metes ea. i. pęnas debitas eis.
k In ſeptuplū. i. perfecte: qd fiet in gehēna: vbi perfecte
punietur/qd hic videtur dimiſſum. Sic accipitur ſeptuplū
Prouerb. vj. d. vbi dicit de fure: Dephenſus quoqꝫ reddet
ſeptuplum. Uel ſeptuplū dicit: quia ſicut boni habebunt ſe/
ptem bona in quibus cōſiſtit eorum gloria: tria ex parte ani/
mę: quattuor ex parte corporis: ſic ⁊ mali in inferno ſeptem
dotes horribiles habebūt. Odium contra dilectionem/quā/
tum ad concupiſcibilē: cęcitatem ſiue tenebras ſiue ignoran/
tiam contra viſionem dei/quo ad rationabilem: triſticiam
contra gaudium/ quo ad iraſcibilem. Item contra clarita/
tem corporis habebunt obſcuritatem: contra agilitatē pon/
deroſitatem/qua fixi erunt immobiles quaſi lapis: cōtra im/
paſſibilitatem/paſſibilitatem omnimodam: contra formoſi/
tatem et ſubtilitatem/deformitatem ⁊ denſitatem. Sic acci/
pitur ſeptuplū Geñ. iiij. c. Septuplū vltio dabitur de cain:
id eſt ſeptempliciter: id eſt in ſeptem punietur qui occiderit
cain. l Noli querere ab homine ducatum: id eſt di/
gnitatem per quā dux fias alioꝝ. m Nec a rege/tēpali:

Cathedrā honoris

a Cathedram honoris: id eſt honorem cathedre: id eſt prelationis vel magiſterij. Et oſtẽditur per hec duo verba: ducat⁹ ⁊ cathedra: quid requirat in eis q̃ pſunt: id eſt ducat⁹ exempli/ et doctrina verbi. Redarguit aũt ambitioſos in tribus. Primo: quia ſe ingerũt non vocati. Unde dicit: Noli querere. Heb. v.a.

a cãthedram honoriſ. Nõn te
b iuſtifices ante deum: q̃uoni-
c am agnitor cordis ipſe eſt: ⁊
d pẽnes regez nõli ✝ videri ſa-
e piens. Nõli querere fieri iu-
f dex niſi vãleas v̾tute irrum-
g pẽre iniq̃tates: nẽ forte exti-
h meſcas faciẽ potentis: ẽt po
i nas ſcãdalũ i agilitate tua.
k

Neq; enim quiſq; ſumit ſibi honorem/ ſed q vocatur a deo tanq̃ aaron. Secũdo: quia carnaliter ⁊ a carnalibus promouent: non intuitu dei ſed ſanguinis. Unde dicit: Ab homine ducatur. In ſcriptura eñ ſepe nomine hominis accipitur carnalis. Unde .j. Corinth. iij.a. *Al. ſvelle*

Cum ſit inter vos zelus ⁊ contentio: nonne carnales eſtis et ſm̃ hominem ambulatis: Tertio: q̃r precibus armatis vel vi ſepius promouent. Unde dicit: Neq; a rege cathedram honoris: qđ tñ modo ſepiſſime fit et a multis. Aliquando etiam multi per hypocriſim ſuam promouẽtur: qđ valde abominabile eſt apud deum. Unde ſubdit: b Nõ te iuſtifices ante deũ: id eſt non iuſtũ ſimules vel iactes: ſicut dic̃ phariſe⁹/ Luc. xviij.b. Quia de⁹ videt corda. Unde Luc. xij.a. Attendite a fermento phariſeorum qđ eſt hypocriſis: Nihil enim opertum eſt qđ non reueletur ⁊c. Uel ſic: Non te iuſtifices: id eſt nõ iuſtum reputes: ſed peccatorẽ. c Quoniam agnitor cordis ipſe eſt. Prouerb. xvj.a. Omnes vie hominũ patent oculis eius: et ſpirituum ponderator eſt domin⁹. Hiere. xvij.b. Ego dñs ſcrutans cor et probans renes. d Et penes regẽ/ temporalẽ: e Noli videri ſapiens: id eſt non queras oſtendere ſapientiam tuam: vt dignitatem conſequaris. Duo ſũt que maxime requiruntur in prelato: ſcilicet vita et ſcientia: et in his duobus maxime optant lucere ambitioſi coram hominibus: ideo vtrunq; prohibet. Apparentiam vite cum dicit: Nõ te iuſtifices. Apparentiã ſcientie: cum dicit: Et penes regẽ. Et de h̃ dicit Rab. Nulla pſumptio pniciosior q̃ de propria iuſticia aut ſcientia ſuperbire. Cõtra primũ dicit Eccs. vij.c. Non eſt hõ iuſt⁹ in terra qui faciat bonũ ⁊ nõ peccet. Contra ſecundũ dicitur Prouerb. xxvj.b. Vidiſti hominez ſapientem ſibi videri: mag̃ illo ſpem habebit ſtult⁹. f Noli querere fieri iudex/ aliorum: id eſt prelatus: hoc eſt: Noli appetere prelationem. g Niſi valeas virtute: id eſt vita ⁊ ſcientia ppria. h Irrũpere iniq̃tates: pus ppias ⁊ poſtea alienas. Joh. viij.a. Qui ſine pctõ eſt: mittat in eam lapidem. Uel ſic: g Niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: id eſt niſi viriliter audeas reſiſtere iniquis: et opponere te murũ pro domo iſrael. i Ne forte extimeſcas faciem potentis: id ẽ vultuoſitatem tyranni per potentiam eccleſiam opprimentis. k Et ponas ſcandalum in agilitate tua: id eſt ne ſubditi ſcandalizentur in leuitate ⁊ incõſtantia tua ſiue timiditate: quia non audes reſiſtere tyrannidi principis tuos ſubditos opprimẽtis. Cum enim ſubditi vidẽt prelatum ſuũ timere aut fugere: de facili terrentur. Unde Zach. xiij.c. Percute paſtorem ⁊ diſpergentur oues gregis. Hiero⁹. Hunc ſcito vere eſſe chriſtianum qui nec metuit nec concupiſcit. Ezech. iij.b. Ut adamantem ⁊ vt ſilicem poſui faciem tuam: ne timeas eos neq; metuas a facie eorũ. Adamas dur⁹ eſt ⁊ tñ attrectiue nature eſt: quia attrahit ferrum: et ſignificat manſuetudinẽ prelatorum: qui debent eſſe duri ⁊ inſenſibiles ad contumelias propter deum: et tñ per manſuetudinem attrahere peccatores. In ſilice ſignificatur duricia patiẽtie: quam iterũ debet habere prelatus contra verba. l Non pecces in multitudine ciuitatis: id eſt coram mltitudine vel fauore multitudinis: quia confuſi ſunt qui hominib⁹ placẽt. Unde Gal. j.

b. Si adhuc hominibus placerem/ chriſti ſeruus non eſſem. m Uel/ in multitudine: id eſt exemplo mltitudinis: quia non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. Exo. xxiij.a. Non ſequeris turbam ad faciendũ malum. n Nec te immittas in populũ: id ẽ in populi voluntatem/ conſentiens ei in malo faciẽdo: q̃r

l Nõ pẽcces i mũltitudine ci
m uitatiſ: nẽc te imittaſ i pplm:
n nẽq; alliges dũplicia pctã:
o Nẽc eni i vno eris imunis.
p Nõli eẽ puſillanimis in ✝ aĩo
q tuo. Exõrare ẽt facẽ elemo-
r ſynã ne deſpiciaſ. Nẽ dicas:
s in multitudĩe munerũ meo-
t rũ reſpiciet de⁹ ⁊ õfferẽte me
v
x

facientes ⁊ conſentientes par pena conſtringit. Roma. j.d. Qui talia agunt digni ſunt morte: non ſolum qui faciunt ea: ſed qui cõſentiunt facientibus. *Al. ſcorde* o Neq; alliges: .i. ad te liges. p Duplicia peccata: vt ſ. pecces i te: ⁊ peccãbus cõſentias: et peccato voluntatis pctm̃ opis nõ addas. Eccli. v.b. Non adijcias peccatũ ſuper peccatũ. o Nec eñ in vno eris imunis. i. in nullo eris imunis: imo de omnibus reddes rationem. Matth. xij.c. De omni verbo ocioſo qđ locuti fuerint homines: reddent de eo rationem in die iudicij. Eccs. vlt. d. Cũcta que fiunt adducet dominus in iudicium p omi errato ſiue bonum ſiue malũ. Uel ſic: Nec in vno eris imunis. i. ſi vnum tm̃ peccatum feceris non ideo eris imunis: quia omniũ mandatorum factus es reus. Unde Jaco. ij.b. Quicũq; totam legem ſeruauerit: offendat autem in vno: factus eſt omniũ reus: quia per vnũ peccatum factum eſt inutile quicquid fecerit. Melius poteſt exponi ſm̃ tenorẽ littere. q Nec eñ in vno eris imunis: id eſt nec in peccato tuo: nec in peccato populi: ſed pro omnib⁹ punieris. Unde Numeri. xxv.a. Tolle cunctos pñcipes populi et ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: quia ſcilicet peccauerat populus. Ubi dicit beatus Greg⁹. Hec homines ſi attenderent: prelationẽs non ambirent. r Noli eſſe puſillanimis in animo tuo: q̃n audact/ et potent neq̃tias repñẽdas: ⁊ p tuo grege libere te exponas. Eſt aũt puſillanimitas vitiũ 9trium fortitudini: q̃ a Tullio et a Macrobio magnanimitas appellat: virt⁹ ſcilicet q̃ hõ ardua intrepide aggredit. Ex puſillanimitate oritur triſticia ſeculi: vt dicit Glo. que mortem operatur. ij. Cor. vij.c. Hoc vitium maxime in prelato eſt reprehenſibile. Unde Deut. xx.b. Quis eſt homo formidoloſus et corde pauido/ vadat et reuertatur in domum ſuam ne pauere faciat corda fratrũ ſuorũ ſicut ipſe timore perterritus eſt. Si talis prohibet ire in prelium: quanto magis dux eſſe prelij prohibetur. Prouerb. xxviij.a. Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens abſq; terrore erit. Item in eodẽ. xij. c. Non cõtriſtabit iuſtũ quicq̃d ei acciderit. Uel ſic: r Noli eſſe puſillanimis in animo tuo: quin tribuas abundanter pauperibus: Juxta illud Tob. iiij.b. Quomodo potueris eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit: abundanter tribue. s Exorare/ pro peccatis proprijs ⁊ gregis. t Et facere elemoſynam ne deſpicias. Mirũ eſt q̃ dicit: ne deſpicias: ſed credo q̃ ſuperbiaz quorundã ſuggillat: qui propria manu dare elemoſynam pauperi nõ dignantur: nec ad petendum veniam peccatorũ humiliare ſe volunt. Contra primos dicitur Prouerb. vlt. c. de muliere forte: Manum ſuam aperuit inopi ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Contra ſecundos dicitur Luc. xj.a. Cum oratis dicite: Pat noſter. Et. ĩ. Dimitte nobis debita noſtra. Et eodẽ. vj.c. Exijt ieſus in montem orare: et erat pernoctãs in oratione dei. Sed quia ſũt aliqui qui nimis confidunt de multitudine elemoſynarum/ non ceſſantes a peccatis: Jdeo ſubdit: v Ne dicas: in multitudine munerum meorum reſpiciet deus: id eſt me pro multitudine munerũ. x Et offerẽte me deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet. q.d. non putes munerib⁹ pctã tua redimere ⁊ deũ placare/ peccare nõ ceſſans: vt cain. Non eñ intẽtionẽ ex mune-

*Reg. 16.b.*

rībus/ſed munera ex intentiōe penſat deꝰ. Unde Geñ. iiij.a. Reſpexit dñs ad abel et ad munera eiꝰ. Unde Lucſ.xvij.c. Cū omīa feceritis:dicite:ſerui iutiles ſumꝰ:qđ facere debui/ mꝰ fecimꝰ. a Nō irrideas hoīez ī amaritudine aīe/ ſue.i.nō ī infortunio ſiue ī aduerſitate vl' tēptatiōe ſua/etiā ſi

deo altiſſimo mūera mea ſu/
a ſcipiet. Nō irrideas hoīem ī
b amaritudīe aīe: ēſt enī q̄ hu/
c miliat ⁊ ēxaltat circūſpēctoꝛ
d
e deꝰ. Nōli amare mēdacium
aduerſus fratrē tuū: necꝫ in
f amicū ſimiliter facias. Nōli
g velle mētiri oē mēdaciū: āſſi
duitas enī illiꝰ nō eſt bona.
h Nōli vboſus eſſe ī multitu/
i dine p̄ſbyteroꝝ: ēt nō iteres
k vbū in oꝛone tua. Nō ōderī
l laborioſa opa: ⁊ rūſticatio/
m nē ab āltiſſimo creatā. Non
n tē reputes ī mltitudie idiſci/
o plinatoꝝ. Mēmēto irę/qm̄
p
q nō tārdabit. Hūmilia val/
r de ſpm̄ tuū:qm̄ vīdictā car/
s
t nis impij ignis ēt vmis. Noli
v p̄uaricari ī amicū† pecunia

ſit inimicus tuus. Un̄ Prouerb.xxiiij.c.Si
B ceciderit iimicꝰ tuꝰ ne gaudeas: ⁊ ī ruina eiꝰ ne letet coꝛ tuū:ne foꝛte videat dñs ⁊ diſpliceat ei.Et.j.viij.a.Ne deſpicias hoīez auertētē ſe a peccato necꝫ impꝛoperes ei:memento qm̄ omnes in coꝛruptione ſumus. Ne ſpernas hoīem in ſua ſenectute:etenī ex nobis ſeneſcūt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere:ſciēs quoniā omnes moꝛimur. Job.xxxj.c.Si gauiſus ſum ad ruinā eius qui me oderat:et exultaui ꝙ inueniſſet eum malum: Quare autem non ſit irridendus homo ſubiungit:. b Eſt enim qui humiliat/ ſuperbū irridentem: c Et exaltat/ humilē: d Circū/
Ps.74. ſpectoꝛ deꝰ. Un̄ Ps. Hūc hūliat et hūc exaltat ⁊c. Et.j. Regſ.ij.b. Dñs paupē fac̄ ⁊ ditat ⁊c. Dicit aūt circūſpectoꝛ deꝰ:qꝛ vndicꝫ ⁊ vbicꝫ videt. Un̄.j.xxiij.c. Oculi dñi multo lucidioꝛes ſup ſolē circūſpicientes oēs vias hoīm:⁊ ꝓfundū abyſſi ⁊ coꝛda hoīm intuētes in abſconditas partes. e Noli amare mēdaciū aduerſus fratrē tuū: necꝫ ī amicū ſimilit facias:hoc eſt:non placeat tibi dicere mēdaciū ꝯtra fratrē tuū vel amicū qui amat te. Hic oē genꝰ mendacij pꝛohibet:qꝛ oīe mēdaciū pctm̄: vt dicit Augꝰ. Sed qꝛ ſūt aliq̄ q̄ volūtatē mētiēdi habēt:ſ qꝛ vl' nō audēt vl' nō poſſūt: īō volūtatē mentiēdi ꝓhibet dñs dicēſ: f Noli velle mētiri oē mēdaciū.i.aliqđ mēdaciū qđcūcꝫ illud ſit. g Aſſiduitas enī illiꝰ nō eſt bona.i.mala eſt. Sap.j.c. Os qđ mentit occidit aīam.j.xx.d. Potioꝛ eſt fur q̄ꝫ aſſiduitas viri mēdacis. Prouerb.xix.a. Falſus teſtis non erit impunitꝰ. Sed mouet aliquem ꝙ dicit: Noli velle mentiri. Nam ſi velis aliq̄d/quomodo nolis illud: vel ſi nolis/quomō vis: vel ſi vis et nolis/vis et nō vis idem. Reſponſio. Volūtas motūs eſt liberi arbitrij:et cōtrarioꝛum eſt et ſuſpſiꝰ pꝛobatiua ⁊ deteſtatiua in diuerſis tempoꝛibꝰ. Unde malū qđ modo volo/poſſum illud nolle poſtea et voluntatē illiꝰ deteſtari/et ē bona volūtas:qꝛ deteſtoꝛ malū: et ita non ſequitur me velle ⁊ nolle idem:ſ qđ volui priꝰ nolo modo: Prius enī volui peccare:mō ꝟo nec volo me peccare nec volo me peccādi volūtatē habere. h Noli vboſus eē in multitudine p̄ſbyteroꝝ.i.ſapientū.q.d.noli dicere ſenſū tuū ſenioꝛibꝰ a q̄bus potiꝰ debes doceri. Tutius enī eſt audire q̄ꝫ loq̄. Un̄.j.xxxij.b. Audi tacens et pꝛo reuerētia accedet tibi grā bona. i Et nō iteres verbū ī oꝛone tua.q.d.ſic oꝛa ita diſtincte ⁊ plene ⁊ plane vt nō opoꝛteat te iterare ꝓpt curas interueniētes vel ꝓpt p̄cipitationē. Vel alit: Nō iteres vbū in oꝛone tua.i.ſic pęnitere ⁊ cōfitere ita diſticte vt nō opus ſit iterare ꝯfeſſionē. Qđ dicit ꝯtra q̄ſdā:q̄ cōfitēdo pctā palliāt alia īuoluēdo: vel excuſāt vel attenuāt: vel aliquid retinent inconfeſſum: vel ꝯfeſſionē diuidūt pluribꝰ cōfitentes: vt minꝰ peccatoꝛes appareāt: vnde poſtea vrgente cōſciētia opoꝛtet eoſ redire ad ꝯfeſſionē ⁊ iterare qđ minꝰ vl' male dixerant. Vel ſic: Non iteres vbū in oꝛone tua.i.nō iteres peccatū ꝓpter qđ opoꝛteat ꝯfeſſionē iterare. Vel alit: Nō iteres vbū in oꝛone tua.i.coꝛam ſapientibꝰ non repetas ſępe idem: vel nō ꝯfidas ī multiloquio. De h̄ dr̄ Prouerb.xiij.a. Qui cuſtodit os ſuū/cuſtodit animā ſuam: q̄ autem inconſideratꝰ ē ad loquendū ſentiet mala. k Nō oderis laborioſa opa:qꝛ homo natꝰ eſt ad laborē: Job.v.b. q.d.noli amare ociū:qꝛ multa mala docuit ocioſitaſ.j.xxxiij

d. Eſt aūt ociū volūtas laboris odioſa ⁊ priuatio opis cum opoꝛtunitas tempis h̄ reqrit: vt dicit Augꝰ ꝯtra manicheū: q̄ dicebat deū fuiſſe añq̄ꝫ mūdū feciſſet ocioſū. l Et ruſticationē.i.rurſ culturā. m Ab altiſſimo creatā.i.a deo impoſitā hoī ī pęnā p̄mi pcti. Un̄ Geñ.iij.c. Maledicta tra ī ope tuo: in laboꝛe comedes panē tuū. De h̄ dic̄ Inkliñ. Laboꝛare ⁊ ociū fugere/laudabile ē. Un̄.ij. Theſſaſ.iij.c. Obſecramꝰ vos ī dño ieſu chꝛiſto vt cū ſilētio operantes ſuū panem māducēt. n Nō te reputes in multitudine indiſciplinatoꝛum: id eſt nō te aſſocies mul/ titudini inquietoꝝ inobedientiū: quoꝛum ſocietas periculoſa eſt. Prouerb.xiij.d. Qui cum ſapientibus gradit/ſapiens erit: amicus autem ſtultoꝛum ſtultꝰ efficietur.j.Coꝛſ.xv.d. Coꝛrumpunt moꝛes bonos/colloquia mala. o Memēto irę.i.vindictę futurę malis ī die iudicij. p Qm̄ nō tardabit. Jaco.v.b. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Deut.xxxij.c. Iuxta ē dies pditiōis ⁊ adeſſe feſtināt tpa. Soph.j.c. Iux ē dies dñi magnꝰ: iux ⁊ velox nimis. De h̄ dr̄.j.xiiij.b. Memento qm̄ moꝛs nō tardabit. Socrates. Sūma philoſophię cognitio ē aſſidua moꝛtſ cogitatio. q Humilia valde ſpm̄ tuū: nō oculos vel vocē tm̄. Eſt enī q̄ nequit ſe humiliat: ⁊ interioꝛa eiꝰ plena ſūt dolo.j.xix.d. Un̄ dñs Matth.xj.d. Diſcite a me: qꝛ mitſ ſum ⁊ humil' coꝛde.

Al. p̄ pecunia

Tres gradꝰ humilitatis

Valde dic̄: qꝛ tres ſūt gradꝰ humilitatſ: vt cōmunit dicit. Primꝰ eſt ſubdere ſe maioꝛi: ſecūdꝰ ſubdere ſe ęq̄li: tertiꝰ ſubdere ſe minoꝛi: q̄ ad hūc gradū p̄uenit valde hūiliat ſpm̄ ſuū. Ad hūc gradū vident oēs p̄lati obnoxij eē: propter illud dictū dñi: Matth.iij.d. Sic decet noſ adiplere oēm iuſticiā.i. pfectā humilitatē. Scđm beatū bñdictū tredecim ſūt gradꝰ hūilitatſ. Primꝰ ē coꝛde ⁊ coꝛpe ſp hūilitatē oñdere defixis ī trā aſpectibꝰ. Scđs/pauca ⁊ rōnabilia loq̄/⁊ ñ clamoſa voce. Tertiꝰ/ñ eē ꝓmptū et facilē ī riſu. Quartꝰ/taciturnitas vſcꝫ ad interrogationē. Quintꝰ/tenere qđ cōis h̄ꝫ monaſterij regula. Sextꝰ/credere ⁊ ꝓnūciare ſe oībꝰ vilioꝛē. Septimꝰ ad oīa īdignū ⁊ īutilē ſe ꝯfiteri ⁊ credere. Octauꝰ/nihil ī ꝯfeſſiōe celare. Nonꝰ/ī duris obediētia. Decimꝰ/ī aſperſ patiētia. Undecimꝰ/oī patiētia ſubdi oībꝰ. Duodecimꝰ/ꝓpriā non amare volūtatē. Tertiuſdecimꝰ/oī hoꝛa timoꝛe dei ſe cuſtodire ab oī pctō. Qui ad hūc gradū p̄uenit valde humiliat ſpm̄ ſuū. Et d̄ tali vere dr̄: Qui ſe humiliat exaltabit: Luc.xiiij.c.et. xviij.c. Unde autē veniat timoꝛ ſic humiliās ſpiritū/ſubdit: r Qm̄ vindicta carnis ipij.i.carnalis impij. s Ignis/exteriꝰ vrēs. t Et vmis/ꝯſciētię interius moꝛdens. Eſa.vlt.g. Ignis eoꝝ nō extinguet: ⁊ vmis eoꝝ nō moꝛiet. v Noli p̄uaricari ī amicū pecunia differētī.i.noli puertere vel trāſgredi legem amicitię ꝓpter pecuniā: quę multipliciter differt ab amicitia: quę eſt theſaurus incompabilis. Unde.ſ.vj.b. Amico fideli nulla eſt compatio. Vel ſic: Noli p̄uaricari in amicū pecunia differenti: id eſt facienti differentiam inter diuitem et pauperem/etiam inter amicos: quia libentius diuiti q̄ꝫ pauperi amicitiam copulamus. Vel ſic. Noli p̄uaricari in amicum pecunia differenti/contemnēdo vel oppꝛimēdo ipſū exiſtentē pecunia differenti.i.licet differat a te pecunia maioꝛe vel minoꝛe: nō ideo iniuriam facias ei: vel oppꝛimēdo ipſum exiſtentem pecunia differenti.i.pꝛo qua differtur habenti ſi ditioꝛ es: vel furādo ei res.

Tredecim gradus humil

De clericis

v Noli p̄uaricari ⁊c. Exponit etiā h̄ d̄ illis q̄ relinquūt eccleſias et tm̄ per vicarios regunt: qui reuera p̄uaricant in chꝛiſtū qui totā ecclīam ſanguie ſuo cōpauit ⁊ lauit: ſicut dr̄ Apocſ.j. Un̄ dic̄ auctoꝛ: v Noli p̄uaricari in amicū pecunia differētī.i.

